



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Bonitus Episc. 15. Ianuarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Superum palatia invitatus, matrem advocat; mendicus ægrè impetrat; præsentem jurejurando adigit, velit jubeat in pannuceis suis se tumulari. mox sanctum Evangelii librum, quem puer ab ea dono acceperat, in manus tradit, atque ita oculos tandem matri aperit, ipse suos claudit. Enim verò malè officiosa velle hic auream filio purpuram inducere; sed illicet manus sensit tamdiu rigescere, dum piæ & ultimæ JOANNIS voluntati est obsecuta. Claruit verò sanctior hic in casâ suâ Romulus circa annum Christianum CD.LXVII. nunquam orbi tam notus futurus, nisi tam ignotus fuisset.
Ex Surio.

Preferenda est Religio necessitudini, & pietas propinquitati. Ea enim est vera pietas, quæ preponit divina humanis, perpetua temporalibus: nesciunt: siis parcere, qui nihil suum norunt; quoniam Sanctis omnia Deus est. S. Ambr. in Epist. ad Rom.

S. BONITUS EPISC. 15.Ianuarii.

BONITI virtus detecta jam tum divinitus est, cùm matris adhuc utero lateret. Etenim cùm hæc grava à Sacerdote postularet, bene ut sibi precari veller, *Quin, ille retulit, bene potius tu mihi precaris Domine?* Amplius ad hæc obstupescenti, *Ne, ait, hoc à te exigere me crede, sed ab eo, quem utero foves, quem ad infumjam nunc vocari video.* Cæterum BONITVS adultior factus, cùm maxima quæque munia in Gallorum Regiâ obiret, ita Regis causam egit, ut cuivis dignitati pauperum patrocinium præferret. Ascitus inde ad Episcopatum Avernensem, dum nocte intempestâ in templo precibus vacat, adspectabilem cum omni aula Reginam cæli MARTIAM habet; hujus imperio rem divinam

divinam facit (homini Cælitibus inservientibus) & in laboris præmium vestem aufert mirè candam, eaque sive materiâ sive arte , quam mirari oculus humanus semper , agnoscere potuit nunquam. Simile sperare postea ausus è successoribus unus, eòdem se contulit. Verum quia merita hominis abludebant, dissimilis pullus dissimili modo acceptus, & arcana vi domum suam est deportatus. At Bonitus sponte infulam abjecit, vel , ut rectius loquar, cum coronâ commutavit , quam ei cum locos sacros plurimos lustrasset , à morte (cujus ipse sibi vates fuit) cælum decrevit , anno post Servatoris adventum DC. LXXXV. Ex Surio.

Qui cupiunt strenuè spirituales persolvere laudes, representent se coram Dei iuribunali, & ipsum in spiritu presentem habeant, uti est, nihil que inter se & eum habere velint, sed tranquam amicus cum amico colloquuntur Domino. B. Laur. Just. de discip. Monast. Conversat.

S. FURSEUS CONF. 16. Ianuarii.

EX Angliâ Fursem ascivimus. Juventa ejus prodigiis plena reliquæ vitæ prælusit. Post hanc à Musis transiit ad monachos ; mox doctor sanctioris vitæ & cœnobii conditor, in quod paſſim vincitos oratione suâ à mundo abstraxit. Interea sub annum DC. XLIV. semel iterumq; animo è mortali corpore exiit, ductoribus Angelis bonis, qui vel ignea malorum tela clypeo exciebant, vel quas de minimis etiam vitæ noxiis adversarii neceſtebant accusationes diluebant. Jam verò è cæli speculâ orbem contemplatus, cum à quatergeminâ scelerum flammâ (perfidiam, rerum fluxarum cupiditatem, discordiam, atque in mife-

kos